



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Vicentiæ degit. 106

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

qua defidia otioſe contererent, per oppida Prouinciæ Venetiæ in ſtatiua diſceſſere. 106 Ac ceteris, quò quemque viſum eſt, dimiſſis, IGNATIVS cum Fabro & Laine Vicentiam optauit. Ibi dies xl. in ſuburbano incoluit; repertâ ædiculâ malè ſarta, vñdis ventifq; obnoxia; & deferta prorſum ac vaſta; quam denique veterem capulum dicere, quam domũ, malles. In ijs poſtea veſtigijs Capuccini Patres ſuum ſibi cœnobium cõdiderunt. Ceterũ ſub illo tunc domicilio, noctes ſuas degebant, ſolo paleis conſtrato: lauitias habuerunt panem mucidum ac durum; cuius fruſtilla ægrè collecta, erant aqua prius aliquam diu domãda, quàm mandi poſſent. Poſt ergo quàm nulla ſe nauigãdi ſpes oſtẽderat, abiecto tãdem expeditionis tranſmarine cõſilio, ad Italiæ frequẽtiſſimas quaſq; Academies

m  
ne  
qu  
cia  
vb  
ti  
ni  
ha  
tũ  
læ  
de  
I  
du  
ma  
tiu  
co  
gi  
cæ  
in  
Cu  
far  
po  
fic  
qu

mias cōuertuntur. In ea sortitio-  
 ne obuenit IGNATIO, cū duobus,  
 quos dixi, socijs, Roma prouin-  
 cia. Nimirum huc ducebat DEVS,  
 vbi opportunè nascenti Societa-  
 ti cunabula ponerentur. Neq; e-  
 nim fortuitū fuit, quod ex annis  
 haud minus triginta tribus, illo  
 tūc vno, nulla decerneretur in Pa-  
 læstinā nauigatio, quo illi exce-  
 dere terra Italia cogitabāt. 107 At  
 IGNATIVS Sacerdos inauguratus,  
 dum diu molitur, qui sese ad pri-  
 mam litationē apparet, anni spa-  
 tium consumit: id interea vnum  
 contentè precatus, vt summe Vir-  
 ginis patrociniō iuuaretur: illam  
 cælestioris vitæ ianuā esse; illam  
 inter DEVM hominesq; sequestrā.  
 Curaret proin, vt filium, pro eo q̄  
 sanè mereretur, diligere colereq;  
 posset: porro eadē pergeret in dif-  
 ficillimo negotio sibi animū vires-  
 que addere. Inter hæc fermè studia